



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Assertio Septem Sacramentorum Aduersus Mart. Lutherum**

**Heinrich <VIII., England, König>**

**Parisiis, 1562**

Octavvm. Missam non esse promissionem solam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30233**

c stolidè  
 negociis  
 logiæ re-  
 rato & o-  
 infertiam  
 inctio lo-  
 im hic de  
 Temper v-  
 operatum,  
 o. Verum  
 antis, ubi  
 enim nul-  
 pere ope-  
 faciat non  
 am tam si-  
 non modo  
 bene.  
 dixit per-  
 riam, qua  
 ali sacer-  
 virtute o-  
 operis o-  
 ne secun-  
 logorum  
 m sacer-  
 se prauus  
 operato,

siue pro operãtis opere intelligas, bonum  
 est, licet ex ipso opere nihil mercatur. Nã  
 & consecratio quæ est opus operantis, bo-  
 na est: & quod fit item ipsa consecratione,  
 sacramentum videlicet corporis & san-  
 guinis Christi, quod est opus operatum,  
 bonum est similiter. At id fefellit Luth-  
 rum, quòd quum theologi negent fru-  
 ctum & meritum aliquod ex opere mali  
 sacerdotis vt operãtis oriri, ille putet eos  
 etiam omnem ab eius opere bonitatem su-  
 stulisse: id quod ipsi neutiquam sentiunt.  
 Et tamen adhuc tanta est hominis aut cæ-  
 citas, aut impudentia, quòd non conten-  
 tus hoc semel exprobrasse, inculcat id de-  
 nuo, Regi quasi victor insultans, quum sit  
 nihil minus. Opprobrat enim Regi, se sua  
 propria ignorare, nempe quid intersit in-  
 ter opus operatum & operantis: atque ita  
 se ipsum confutare, dum impugnat Luth-  
 rana: quum tamen haud dubie Rex ipse  
 certò sciat eam distinctionem huc nihil  
 uttinere, Lutherus contra cæcutiat tur-  
 pissimè.

**MISSAM NON ESSE**  
 promissionem solam.  
 Cap. VIII.

I.

**C**Aeterum nec id intactum  
 prætermitemus quo Lu-  
 therus probare molitur Mis-  
 sam verè & propriè esse ver-  
 bum promissionis. Nam si  
 cætera (inquit) omnia de-  
 sint, & credideris his verbis Christi, Hoc  
 est corpus meum quod pro vobis datur;  
 verè Missam integram habes. Deinde si  
 acceperis signum eadem fide, vsum & fru-  
 ctum Missæ accepisti.

*Multa in-  
 cōueniētia  
 sequitur si  
 solum cre-  
 dere ver-  
 bis, sit Mis-  
 sa.*

Duo sunt quæ iam audisti lector. Alte-  
 rum quid sit integra Missa. Alterum, quo-  
 nam modo fructum ipsius Missæ cōsequi  
 valeas. Iam illud prius expendamus. Si cæ-  
 tera (inquit) omnia desint, & credideris  
 his verbis Christi, Hoc est corpus meum  
 quod pro vobis datur, verè Missam inte-  
 grā habes. Ergo si verbis illis vbilibet aut  
 visis aut auditis fidem adhibeā, erit Missa  
 iam integra, tametsi reliqua de fuerint o-  
 mnia, etiam si panis & vinum defuerint,  
 etiam si de verbis cæteris quæ ad sanguine  
 spectant, nemo vel cogitat quicquā. Si di-  
 cta verba sola vel insculpta lapidi memo-  
 rentur, vel à puero seu muliercula quavis  
 pronunciētur, modò credam illis, iam erit

integra Missa. Et si ceteris in die fiat istud,  
 toties erit Missa integra. Hęc profecto sa-  
 tis miranda sunt. Sed velim dicat nobis ad-  
 huc Lutherus apertius: Quid si dicta ver-  
 ba nusquam à quouis pronūciata fuerint,  
 sed ne cogitata quidē, num & tunc Missa  
 non erit? Si dixerit iam non esse Missam,  
 mirum est, quom̄ adhuc & verba dicta ma-  
 neant, quando quidē scriptum est: Verba  
 mea non transibūt. fides quoque manet in  
 cordibus hominum, quam & Lutherus vi-  
 uum quendam actum & motū esse conten-  
 dit. Quando igitur & verbum ipsum per-  
 petuò maneat, & actio fidei nunquam nō  
 vigeat, erit iuxta Lutheri dogma Missa  
 quoque semper extans omnibus horis at-  
 que momentis, non diei solum, sed & no-  
 ctis, dormientibus quoque sacerdotibus  
 ep̄, atq; vigilātib<sup>9</sup>, aut sacra faciētib<sup>9</sup>. Nā  
 si præter verbū & fidē nihil ad Missā inte-  
 gritatē exigatur, & si per hæc sola, quāquā  
 cetera oīa defuerint, Missa prorsus habea-  
 tur integra, quis non intelligit eiusmodi  
 Missam durare semper, & indefinēter ha-  
 beri, quando fides & verbū semper & in-  
 definēter maneant? Sed video sic vrgeri  
 Lutherū, vt præter verbū & fidem fatea-

Matth. 5.

cur alium aliquem actū exigi ad Missæ integritatē, quo cessante cessat & Missa. Et hunc puto dicturum actum recitationis illorum verborum. Nam ad hoc ut Missa fiat, oportet ipsa verba recenseantur, alioqui non faciemus aut quod in cœna Christus ipse fecit, aut quod iussit à nobis fieri. Hoc (inquit) facite in mei memoriam. Pronūciauit enim ipse dicta verba super panē quem sacris acceptum manibus consecrauit. Quamobrem & apertum est, propter fidem & verba, simul & verborum recitationem, etiam panis præsentiam omnino necessariam esse.

*Luce. 22.*

Longe igitur alienū à veritate est, quod supra dixit Lutherus. Nempe si cætera omnia desint, & credideris his verbis Christi, Hoc est corpus meum quod pro vobis datur: verè Missam integram habes. Nunquam enim haberi Missa integra potest, nisi sacerdos id ipsum Christi verbis fecerit quod Christus iussit faciendum, hoc est panem & vinum in Christi corpus & sanguinem cōsecrauerit. Is nimirum actus & circa panem item, ita Missæ essentiam ingreditur, ut sine hac nec Missa fieri, neque esse quouis pacto valeat. Et hunc actum si quispiam

quispiam sacerdos exerceat, tamen nemo circumstantiū crediderit, nihilominus erit Missa: non tamen ita, quod solus is actus ad Missæ integritatem exigatur, sed quod citra hunc Missa nullo pacto queat subsistere. Hacten° ergo pro priori assertione refellenda, quam Lutherus nulla scriptura seu ratione fultā, sed propriæ innixus temeritati protulit, à nobis dictum sit.

*Fides eivcū  
stātinū nō  
impedit  
Missam.*

Iam excutiamus & posteriorem, quam extulit in hunc modum: Deinde si acceperis signum eadem fide, vsum & fructum Missæ accepisti.

**II.**  
cc  
cc  
cc

Et hac intelligi vult, quod ille vsum & fructum Missæ cōsequitur, quisquis Christi verbis habita fide, panem consecratum acceperit, quem & signū corporis vocat.

Hic primū aduerte lector, quod dicit, eadem fide. Nam supra dixit, Si credideris his verbis Christi, Hoc est corpus meum quod pro vobis datur, etiam si cætera omnia defuerint, verè Missam integrā habes. Et protinus subdit: Deinde si eadem fide signum acceperis, vsum & fructum Missæ accepisti. Hic lector perspicis (opinor) quæ temeraria sit hæc assertio. Nā vt panis in corpus Christi consecretur, nō dicet opi-

*Forma non  
exigitur  
ad consecra-  
tionem.*

nor si leu. formatam exigi, sed informem  
sufficere: alioquin idololatia super plebe  
committeret, nimirum pro corpore Christi  
merum panem adoras. Verum hæc eadem  
fides haudquaquam sufficit, ut per usum  
corporis, usum & fructum Missæ consequaris,  
in d. iudicium edisti potius, ut testatur

I. Cor. II.

Paulus, & dominici corporis reum te con-  
stituiti. Nam ad hunc sacrosanctum ci-  
bum edendum accedit indignæ, quisquis  
citra formatam fidem accesserit.

III.

Istud insuper obseruandû est, quia stro-  
pha simul usum & fructum Missæ con-  
iungit, dicens: Si signum acceperis, usum  
& fructum Missæ acceperis. quod planè  
falsum est. Nam usus Missæ, ipsa functio  
sacerdotalis est: qua finita, Missa quoque  
(quantum ad hoc negotium attinet) ces-  
sat. At qui finita Missa, fructus tamen ali-  
quis ipsius durat in sacramento, quamdiu  
sacramentum ipsum super fuerit post fini-  
tam Missam. Et huius fructus participes  
efficitur, quisquis deuota mente sacra-  
mentum ipsum acceperit, quanquam nul-  
la Missa eo ipso tempore celebratur. Quæ-  
re sic accipiens, iam nõ vitur Missa, tam-  
etsi rectè credatur vti sacramento.

*Usus Missæ  
ab eius fru-  
ctu distat.*

Vt igitur negotium istud apertius euoluamus, non fuerit inutile quiddam exempli gratia subiicere. Sic Missam existimabimus perinde atque cuiusdam aromatarij functionem, dum is medicamen conficiat quod, antè medicus quidam non imperitus pro restituendis ægroti cuiuspiam viribus excogitauit. Nam fit aliquoties, vt posteaquam aromatarius arte sua functus fuerit, & confecerit medicamen, ipsum ægroti protinus administret, aliquando tamen seruet in pyxide, quoad occasio dabitur ministrandi commodius. Quod si medicamen ex pyxide prolatum cuiuspiam ægroti deferatur, nemo vocabit hanc deportationem functionē artis aromatarij, quum illa per alium quemuis qui nō sit aromatarius, æque fieri poterit. Hoc exemplo certe quiuis facillè intelliget, plurimum interesse inter ministratiōē Eucharistiæ, quæ per diaconum fieri possit, & sacerdotis functionem, sacrique medicaminis huius confectiōē, quæ sola propriè Missa vocatur ab omnibus. Vides igitur lector hoc exemplo, medicū esse Christum, aromatarium sacerdotem, ministrum diaconum: functionem sacerdotis, & con-

*Exemplum  
pulchrum.*



Contra Capti. Babyl. Ca. VIII.

fectionem medicaminis, Missam esse. Vnus ergo missæ non diutius durat, quam ipsa functio sacerdotis. Fructus tamen plurimus in sacramento post finitam Missam viget, quemadmodum in medicamine iam intra pyxidem reposito.

Neque tamē concesserim totum & integrum Missæ fructum in sacramento manere. Nam quum in Missa sacrificium offeratur pro salute viuorum, & requie defunctorum, compluresque sacræ preces adiungantur, quibus vota fidelium circumstantium deo commendantur, non est

*Multum refert an quis Missæ interfuit.*

credibile, quòd is qui domi quantavis de sacramentum istud acceperit, tantum ex eo fractum referat, quantum is qui pari fide Missæ deuotus interfuit, atque precum quæ in Missa dicuntur, simul & sacræ ipsius communionis ibidem factus sit particeps.

Ob hæc iam latere neminem opinor, quàm sit absurda Lutheri sententia, quum ex ea consequatur, quòd quoties ex pyxide sacramentum profertur, vel cuiuspiam ægroti causa, qui morti proximus fuerit, toties Missam fieri dicamus. Et quis non perspicit quatum hoc sit veritatis expertus,

quum nemo tunc faciat quod ipse Christus in cœna fecit, & quod sacerdotibus iussit faciendum? Nemo enim tunc ex pane & vino corpus & sanguinem Christi facit, quod tamen ipse discipulis mādavit ut facerent. Hoc (inquit) facite in mei *Luce. 22.* memoriam.

Liquet igitur ex his Missam non esse *Conclusio* aut sumptionem signorum, aut promissionem signis adiectam, atque ideo multo minus promissionem solam.

Pergit tamen adhuc Lutherus ex præ- *IIII.* dictis illis duabus assertionibus colligere quod sequitur: Vnde (inquit) manifestis- *cc.* simum est Missam non esse aliquid nostri *cc.* operis aut verbi, sed solius Christi dantis *cc.* tam verbum promissionis quàm signum *cc.* in pane & vino: atque vsum eius nō posse *cc.* in offerendo aut operando consistere, sed *cc.* in recipiēdo & patiēdo dūtaxat. Et vnde *Apostro-* (te quæso) manifestissimū est? Tibi forsitan *phe.* ex meris insanis tuis quas vel per febrem (vt ais) aut per phrenesin excogitasti, manifestum est. At nobis tantum abest vt ex vlla scriptura (quam hactenus attulisti) manifestum sit, vt etiam neque videatur in se quicquā habere probabilitatis. Nos

Contra Capt. Babyl. Cap. VIII.

enim apertissimam habemus scripturam ex ore Christi prolatam, qua iussit ut hæc faceremus, hoc est ut panem & vinum in corpus & sanguinem suum cōsecrarem; id quod citra nostrum opus haudquaquā fieri potest. Et quanta est ista impudentia tua, ut velis nos absq; scripturis, imò cōtra scripturas, tuis nugis insanissimis credere, somniisque plane phreneticis adhibere fidem?

Porro quòd toties inculcas verbū promissionis, haud scio quod verbum intelligas. In hoc enim & plus quàm Proteum exhibes temetipsum, nunc vnum, nunc alterum faciens promissionis verbum. Nā id quod paulo superius recensuisti, videlicet, Hoc est corpus meum quod pro vobis datur, nihil omnino promissionis in se continet. Promittuntur enim, quæ sunt futura. Sed & licet Christus apostolos qui tum præsentem erant, certiores verbo suo reddidit de præsentia corporis sui sub illa specie panis, quo (te precor) scripturæ verbo nobis promittitur, quòd quū nos consecramus, idem sit futurum? Neque enim scriptum est, quòd quotiescunque super panem sacerdos mea verba recensuerit,

prōtinus ex pane fiet corpus meum. Hoc  
utique verbū promissionis esset. Sic enim  
et alia quaedam sacramenta promissiones  
factas legimus in euangeliiis. Nam de ba-  
ptismo scriptum est: Qui crediderit & ba-  
ptizatus fuerit, saluus erit. Et rursus de  
sacramēto remissionis peccatorum: Quo-  
rum remiseritis peccata, remittuntur eis.  
Hæc certè verba promissionis sunt. Cæ-  
terum in his ipsis sacramentis agendis ne-  
mo verbis illis utitur, sed aliis, quæ non  
sunt promissionis, nimirum, Ego bapti-  
zo te. & Ego absoluo te. quæ ne utiquam  
in scripturis leguntur.

*Matth. 16.*

*Iohan. 20.*

At Lutherus dicet ex hoc verbo, vide-  
licet, Hoc facite in mei memoriã, totã hu-  
ius rei pendere certitudinē. Ergo hoc ma-  
gis est verbum promissionis, quàm illud  
prius allatum. Quare si tanta vis in verbo  
promissionis est, istud inter consecrandū  
corpus & sanguinem recenseri potius de-  
bet, quàm cætera, quod planè falsum esse  
nemo nō credit, quum omnes asserant cō-  
secrationē antè factam, quàm istud verbū  
pronunciaretur. Sed & pariter in aliis sa-  
cramentis, utpote baptismatis, & abso-

*Matth. 16.*

8. Contra Capt. Babyl. Cap. VIII.

lutionis, promissionis verbum recenseri potius debet, quod nemo tamen vnquam facit, vt ante diximus. Nemo enim quum absoluit, his verbis vtitur: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Neque quum abluat, ait: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Sed vterque tam abluens quam absolvens in persona sua loquatur necessum est, & dicat ille: Ego baptizo te. & iste, Ego absoluo te: alioqui certe nihil fit.

Cæterum in captiuitate Babylonica Lutherus Missam vocat promissionem remissionis peccatorum. Sic nunquam se-  
eum constat, sed est ingenio vsque adeo versatili, atque versipelli, vt promissionis verbum nunc vnum, nunc alterum faciat. Sic enim in captiuitate Babylonica scribit: Vides ergo quod Missa (quam vocamus) sit promissio remissionis peccatorum à deo nobis facta. Quod si quæramus ab eo, vbi scripta sit hæc promissio, scio respondebit, In his verbis esse scriptam, Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Hic certe non inficiamur quin expressa sit promissio remissionis peccato-

rum. At hæc promissio nequaquā sit pro-  
sumptione sacramēti, quemadmodum sæ-  
pè diximus, sed pro sanguinis effusione,  
dum Christus in cruce seipsum immola-  
uit. Huc accedit, quòd iuxta Lutheri sen-  
tentiam quisque consecrat æqualiter, siue  
iuxta Matthæum, siue iuxta Marcum aut  
Lucam, aut Paulum pronunciet. At palam  
est nec Marcum, nec Lucam, neque Pau-  
lum de remissione peccatorum fuisse lo-  
cutos. Quamobrem ad consecrationem  
faciendam nihil opus est promissione re-  
missionis peccatorum.

Adde, quòd inferius in eodem impio  
libello testatur totam ipsius Missæ virtu-  
tem in promissione remissionis peccato-  
rum consistere. Quod si verum sit, tum  
Paulus vsum & virtutem ipsius Missæ  
prorsus ignoravit, quū & ille Corinthios  
instruens hac de re, verbum istud promif-  
sionis omnino prætermiserit, & tamen à  
Christo se testatur accepisse quæ tum Co-  
rinthios docuit. Quamobrem si tantum ex  
hoc verbo momentum pendeat, vt tota  
penitus Missæ virtus in eo consistat, pro-  
fecto Paulus, & eo præsertim loco, vbi  
mysterium istud docet, id ipsum minime

1. Cor. 10.

facuisset. Non est ergo Missa promissio remissionis peccatorum.

Sed neque vsus Missæ tantum in recipiendo & patiando consistit, quemadmodum falso Lutherus conatur asserere, verumetiam in offerendo & operando. Neque enim res vnica & simplex est, sed multas (vt ante diximus) in se complectitur. Vt enim Pharmacopœe functio non in vno solum opere consistit, sed nunc titidit aromata, nunc liquores admiscet, deinde pariter coquit omnia: ita & sacerdotis functio varia est, nunc consecrat, nunc offert, crebro precatur, viuos item & defunctos per ipsius virtutem sacrificij deo commendat.

V.  
*Luther. de-  
truncat ar-  
gumentum  
regis.*

Post hæc Lutherus aliud in super ar-  
gumentum illustrissimi regis impugnatu-  
rus, ipsum prius omni prorsus ornatu pa-  
riter ac robore spoliatur, atque ita spolia-  
tum recenset, ad hunc modum: Deinde  
pro sacrificio Missæ defendendo, Rex (in-  
quit) ita thomisticatur. Esto (inquit) Mis-  
sa sit promissio, nõ hinc sequitur non esse  
simul & sacrificium, quando in veteri le-  
ge erant sacrificia quæ simul erant & pro-  
missiones. Rex verò suam argumenta-

Missam non esse promissionem solam. 150

tionem non tam inermem & elumbem protulit, sed multo munitiorem. Nam argutia Lutheranae respondens, *Obsecro* (inquit) qualis est ista probatio, quum docere nititur Missam non esse sacrificium, ex eo quod sit promissio, quasi promissio & sacrificium ita sibi mutuo pugnarent, quemadmodum frigus & calor? Quae Lutheri ratio adeo prorsus friget, ut nec responso digna videatur. Nam legis Mosaicae tam multa sacrificia, quanquam essent figurae omnia futurarum rerum, tamen promissiones erant & ipsa. Promittebant enim ea propter quae fiebant, non modo futura quondam illa quorum erant figurae, sed etiam liberationes, expiationes, purgationes, purificationes populi tunc praesentis, pro quo more solenni quotannis offerebantur. Quae res cum tam aperta sit, ut nemo prorsus eam possit ignorare, ridicula plane dissimulatio est ista Lutheri, quum nunc argumentatur fieri id non posse, quod non ipse tantum, sed populus quoque nouit tam saepe factum. Haecenus ipse Rex.



Contra Captiuita. Babyl. Cap. V III.

*Roffensis.*  
*Sacrificia*  
*sunt pro-*  
*missiones.*

*Sacrificiis*  
*inungebatur.*  
*promissio-*  
*nes.*

*Exemplū*  
*primum.*

Vides lector quem in modum Rex pro-  
bat sacrificia promissiones esse, duplici ra-  
tione. Altera, quòd ea certò polliceban-  
tur veritates euenturas quarum erant fi-  
gura. Altera, quòd liberationes, expiatio-  
nes & purificationes populi tunc præsen-  
tis (pro quo quotannis offerebantur) etiā  
promittebant. Non quòd Rex intellexe-  
rit, nihil inter sacrificium & promissionē  
interesse, sed quòd sacrificiis vt plurimū  
promissiones adiungebantur, vt mox  
ostendemus. Obiicit tamen huic argumē-  
to Lutherus duo. Primum, quòd huiusce  
rei Rex nullum attulit exemplum. Huius  
(inquit) assertionis Thomisticae debuit  
Rex vel vnum exemplum producere.  
Verūm quid si rex nullum exemplum  
produxisset? Num propterea non valebit  
argumentatio regia? Rex enim putauit se  
eum eo congressum, quem exempla eius-  
modi minime latuissent, quippe quum his  
exemplis abundant scripturæ veteris in-  
strumenti, quas Lutherus præcipue calle-  
re se iactat. Nam in scripturis, eiusmodi  
passim occurrunt exempla, quemadmodū  
ostendemus.

Primum Leuit. 4. posteaquam Moses,

quem in modum pro peccato ignorantiae  
 populi vitulum sacrificandum ostende-  
 ret, scriptum est: Et rogante pro eis sacer-  
 dote, propitius erit eis dominus. Ecce  
 promissionem adiunctam sacrificio. *Rur-* *Secūdum.*  
 sum, ubi per ignorantiam princeps pecca-  
 verit, docet hircū sacrificari debere, sub-  
 dens: Rogabitque pro eo sacerdos, & pro  
 peccato eius: & dimittetur ei. Ecce rur-  
 sum peccati dimittēdi promissionem an-  
 nexā sacrificio. Ad hæc. Si priuatus quis- *Tertium.*  
 piam per ignorantiam peccauerit, docet  
 capram aut ouem offerendam, & pollice-  
 tur ob vtrumque sacrificium peccati di-  
 missionem. Prolixum esset sacrificia cæ-  
 tera commemorare, quæ cap. 5. & 6. se-  
 quentibus pro diluendis aliis peccatis &  
 delictis fieri docentur, ubi & cuilibet sa-  
 crificio remittēdi delicti promissio subii-  
 citur. Vides itaque lector, quot iam illius  
 rei produximus testimonia, nimirū quod  
 sacrificia veteris legis peccatorum remis-  
 sionem promittebant: quam obrem & iux-  
 ta morem loquendi scripturarum pro-  
 missiones dici non iniuria possunt.

Neq; sophisma Lutheri, quod secundo **VI.**  
 loco producit, alicuius ponderis erit. Nā

Contra Capt. Babyl. Cap. VIII.

& hoc alterum est quod obiecit. Promissio (inquit) est verbum: sacrificium res est. quare impossibile est vt promissio sit sacrificium. Ecce merum sophisma. Neque Rex collegit q̄ promissio sacrificium esset, quū promissio minime sacrificetur. At retrorsum sacrificium vocauit promissionem, eo quòd per ipsum remissio peccatorum promittatur. Nam propter expiationes & purificationes sacrificia fieri mandabantur in lege.

Ad hæc. Quoties Luthero placet, Missa non sola promissio dicitur, sed promissio signis adiecta, ita quòd Missa non modo promissionem, verumetiam & signa pariter inuoluat. Quæ signa prof̄ dō quæ res veras, hoc est veram Christi carnem, verumque sanguinem ipsius contineant, non minus Missa propter ipsa signa res dicitur, quàm verbum ob ipsam promissionem. Nam vti superius de veteri quadã cæremonia diximus, quam Hebræi phasē vocant, quòd non solum promissionem complectatur, verumetiam ipsum agni sacrificium: ita & de noua hac cæremonia nõ dubitamus asserere, quòd præter promissionem & verbi, consecrationem etiã

Eucharistiæ comprehendat, & ipsius corporis Christi, nimirum agni veri & immaculati sacrificium. Quamobrem & plus quam puerile fuerit sic arguari: Missa promissio est & verbum, quare nō potest res esse: quum ipse Lutherus nō semel confiteatur in libello aduersus regem, Missam esse promissionem signis adiectam. Quod quid est aliud, quam Missam verba pariter & rem esse?

Sed & hæc tria sæpe confundit, vnum pro alio frequenter vsurpans, nempe Missam, sacramentum, & testamētum, de quibus in captiuitate Babylonica sic scribit: Stetergo primū & infallibiliter, Missam seu sacramentum altaris esse testamentū. Ecce si testamentum de ytroque dicatur, hoc est, & de Missa, & de sacramento altaris, necessarium est vt ista quoque alterum de altero mutuo dicantur. Atque ita Missa quum sic Luthero sacramentum, erit etiam & res.

De promissione verò multum hæsitanter loquitur. Nam de ipsa paulo post ita subdit: Vides ergo quòd Missa (quam vocamus) sit promissio remissionis peccatorū. Hæc aperte promissionē remissionis

*Lutherus  
nihil discer-  
minat in-  
ter Missā,  
sacramen-  
tum & te-  
stamentū.*

IIV

peccatorum Missam facit. Et plusculum inferius ubi dicit: Recte itaque dixi totam virtutem Missae consistere in verbis Christi, quibus testatur remissionem donari peccatorum. Et hic iterum Missam facit promissionem remissionis peccatorum. At in libello contra regem, Nos (inquit) in Missa potissimum vocamus promissionem, ipsa scilicet verba Christi sine quibus panis & vinum essent neque signum neque sacramentum neque Missa. Quid iam his verbis intelligi velit, obscurum est. Nam si promissionem aliam intelligat quam remissionis peccatorum, nimisquam recte loquitur & inuolute, nedum inconstanter. At sincera veritas his ambiguis inuolucris tegi non quaerit: lucem postulat, non tenebras.

**VII.** Cæterum quod nec tota Missae virtus in promissione remissionis peccatorum consistat, neque sit id sine quo panis & vinum nec signa sint, nec sacramenta, neque missa, iam plenius ostendemus. Dilucidum itaque vel ex hoc solo fuerit, totam ipsius Missae virtutem nequaquam in promissione remissionis peccatorum consistere, quod Paulus de hac nihil omnino loqua-

*Virtus Missae non consistit in remissionis peccatorum promissione.*

loq  
for  
di t  
ne p  
vt s  
esse  
mis  
no  
veh  
crec  
pec  
ipse  
mag  
thii  
guir  
par  
obr  
toru  
ther  
rinu  
frau  
Nec  
ante  
exp  
ver  
fisse  
neg

loquatur, & tamē ab ipso Christo doctus  
 formulā corporis & sanguinis consecran-  
 di tradidit sufficientē. Sed & de remissio-  
 ne peccatorum solus meminit Matthæus, *Mat. 26.*  
 ut si sine hac particula nec panis & vinū  
 essent neq; signum, neq; sacramentū, neq;  
 missa, quemadmodum Lutherus affirmat,  
 non solū Paulus, sed & Marcus, & Lucas  
 vehementer aberrassent: quod nephas est  
 credere. Nullus enim horū de remissione  
 peccatorū verbū vllum facit. Sed Paulus  
 ipse præ cæteris grauissimè peccasset, qui  
 magistrū huiusce rei se pollicit⁹ est Cori- *I. Cor. II.*  
 thiis, quibus & conficiēdi corporis & san-  
 guinis Christi modū tradidit illa sublata  
 particula de remissione peccatorū. Quam  
 obrē si in promissione remissionis pecca-  
 torum tota virtus missæ consistat, uti Lu-  
 therus opinatur, Paulus haud parua Co-  
 rinthios affecisset iniuria, nimirum ipsos  
 fraudās omni penitus virtute toti⁹ missæ.  
 Nec est credibile quin ipsum totū, quod  
 ante fuerat edoctus à Christo, Corinthiis  
 exposuerit. Quo fit ut etiam nō dissimile  
 vero sit Christum illam particulam omi-  
 sisse: id quod neutiquam fecisset, si totius  
 negocij virtus in ipsa promissione vi-

guisset.

Adde, quòd si tota Missæ virtus in promissione remissionis peccatorum consistat, sine hac nihil omnino fieret: quod falsum esse Lutherus ipse testabitur. Nā paulo post in libello contra regem affirmat non minus verè consecrare, si quis forma Luca, Marci, Pauli vteretur, quàm qui canonis istius impij & falsi vtitur. Sic enim effrons audet sacro missæ canoni conuiciari, impium & falsum illum appellans. Atqui certum est in forma quam Lucas, Marcus, Paulus tradunt, nec verbum quidem esse de promissione remissionis peccatorum. Quare nec in ea promissione tota Missæ virtus cōsistit, neque Missa dici potest sola promissio remissionis peccatorū. Id quòd adhuc denuo cōfirmabimus ex ipsius Lutheri verbis. Nā si Missa fuerit sola promissio, neque præter eam sit res vlla, cur toties Lutherus Missam promissionem vocat adiectam signis? Quid enim signis opus erit, si Missa fuerit sola promissio? Auferat ergo signa penitus, que planè res sunt, nempe corpus & sanguis domini. Nam citra hæc, promissio manet promissio. Quocirca si Missam appellet

*Confutatio*

Missam nō esse promissionē solā. 154

promissionem solam, & promissio si-  
gnis absumptis nihilominus extat: Mis-  
sam etiam oportet fateatur extare, ta-  
meti nulla remanserint signa. Nam &  
ante cæremoniam (quam nos Missam esse  
non ambigimus) & rursus postquam ea-  
dem sit finita, viget ipsa promissio. Nun-  
quam enim ipsa promissio cessat, quum  
verbum Domini maneat in æternum. *Psal. 118.*  
Quare manifestum est nec Missam dici  
posse promissionem solam.

Et quanquam sophisticè contendat,  
sacrificia vetera non fuisse promissio-  
nes, neque promissionem esse rem, ne-  
gare tamen haudquaquam potest quin  
simul & promissio & res ad Missæ com-  
plementum exigantur. De promissione  
ipse confitetur: & de signis item quæ  
sunt res veræ, quin exigantur, nemini  
dubium esse potest ex his quæ iam dixi-  
mus.

Sed & præter hæc, quum ipsa res Mis-  
sæ, hoc est præsentia corporis & sangui-  
nis Christi, nequeat haberi sine conse-  
cratiōe panis in corpus, & vini in san-  
guinem, subterfugere nullo pacto li-  
cet, quin is actus pariter ad essentiam



Contra Capti. Babyl. Ca. V I I I.

Missæ prorsus requiratur. Atque hoc est quod sæpe diximus, Missam nõ esse quidam simplex, sed in se multa complecti. Neq; multum refert, vnde Missæ nomen fuerit inditum, modò constitorit de re ipsa. Nam vt ostendimus illam cæremoniam quæ phasæ dicta est, non accepisse nomen à quavis ipsius cæremonia parte, sed à transitu angeli qui pertransiit Hebræos dum Aegyptij percuterentur, atq; ideo phasæ dictam esse, id est transitum: sic & Missa dici potest ab externa quapiã ratione, neque est necesse vt ipsum vocabulum mor in fronte singula prodat, quæ sub ipsa Missa fiant & gerantur.

VIII.

Frustra igitur Lutherus in captiuitate sua Babylonica nobis imponere suis argutiis molitur, cum ex paupere similitudinem hanc introducit. Nullus (inquit) » audet tantum insanire, vt dicat bonum » opus facere eum qui pauper & indigens » venit accepturus de manu diuitis benefici- » cium. Quamobrem quum sit Missa bene- » ficium promissionis diuinæ per manum » sacerdotum omnibus hominibus exhibitum, » ipsa nõ potest aut opus aut sacrificium esse. Hac similitudine Lutherus nos fallere conatur,

natur, quum alioqui plurimum interfit  
inter pauperem munus accipientem à di-  
uite, atque sacerdotem qui consecrat  
munus utique plebi distribuendum. Plebs  
enim vicem pauperis gerit, & sacerdos vi-  
cem diuitis agit; hoc est ipse Christi.  
Christus enim in cœna sacerdotis officium  
vsurpauit, Eucharistiam consecrans, can-  
demque discipulis qui tum plebem re-  
ferebant, administrans. Tunc enim disci-  
puli recipiendo tantum & patiendo (ut  
Lutheri verbis utar) exhibuerunt sese: Chri-  
stus autem erat operator & consecrator,  
atque etiam immolator. Quid enim aliud  
sibi volunt Euāgelistæ, quum singuli me-  
morent eum gratias egisse, quod & Pau-  
lus non tacet? Sed & idem officium quod  
ipse tunc exercuit, suis discipulis commē-  
dauit agendum. Hoc, inquit, facite in mei  
memoriam. Quibus verbis & Lutherus  
fateretur tum apostolis Eucharistiæ conse-  
crandæ tributam fuisse potestatem. Face-  
re (inquit) est, hoc totum imitari quod ipse  
tunc fecit. Quando igitur ipse tum fue-  
rat operator, consecrator, immolator, il-  
los etiam operadores, consecratores, &  
immolatores huius sacrificij constituit.

X iij

Mat. 26.  
Marci 14.  
Luce. 22.  
I. Corin. 11.

*Sacerdos facit missam, sed plebs accipit eam.* Sacerdos itaque quoties panem & vinum in Eucharistiam consecrat, Missam facit. Plebs verò quæ dum aguntur mysteria sacramentum accipit, non tanquam negocij gestores, Missæ præesse, aut Missam facere, sed interesse Missæ dicuntur. Quæ obrem & plebs ad instar pauperis est, qui solum accipit: at sacerdos qui velut hierarcha mysteriis præest, cū sit inter Christum & plebem ipse mediator, non nihil vtrinque repræsentat. Quatenus enim consecrat ac ministrat, Christum refert qui donat: quatenus autem accipit, carenus cum paupere plebe communicat.

*IX. Multa requiruntur ad Missam* *3. Cor. 13.* Iam igitur cunctis opinor dilucidum est, Missam præter ipsam promissionem remissionis peccatorum, alia multa requirere, quæ quantum ad ipsius Missæ substantiam attinet, longe plus habent momenti, quàm promissio quævis. Nam Paulus epistola priori ad Corinthios, Missæ substantiam explicuit absque mentione qualibet remissionis peccatorum. Sed & remissio peccatorum etiam ex veteribus sacrificiis promittebatur, quemadmodum & hic remissio peccatorum pro-

mittitur, non quidem ob sumptionem sacramenti, quemadmodum sæpe diximus, sed ob virtutem sacrificij quod in Missa repræsentatur, nempe sacrificij crucis.

Species utique panis in Missa Christi corpus refert, quod exangue pendeat in cruce: & species vini sanguinem, qui similiter in cruce fundebatur in remissionem peccatorum. Propter quod in mysticis illis verbis dicitur, Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Atque ad hunc modum vetera novis vel ad amissum quadrat, quemadmodum & Mosis iussum fuerat, ut cuncta secundum exemplar faceret quod in monte viderat. Nam ut illic populus res quasdam offert, subinde sacerdos eas ipsas immolat, altare sanguine conspergens, mox igne quicquid est adipis adolet in altari, post hæc admiscet & preces, atque ita promittitur remissio peccatorum: sic & in hac nova cæremonia panis & vinum à populo consuevit offerri, subinde per sacerdotem igne cœlitus misso quicquid est adipis, hoc est intima panis & vini

*Matt. 26.*

*Conferuntur  
nova veteribus.*

*Exodi. 25.*

substantia prorsus absimitur, pane vino-  
que mutatis in sacram eucharistiam. San-  
guis verò seorsum à corpore representa-  
tus, quid aliud quàm iugulationem quan-  
dam & immolationem insinuat? Calix in-  
terea madet sanguine Christi: quo tamet-  
si non respergatur altare, non est dubium  
tamen, quin ab illo non nihil sanctitudi-  
nis accipiat. Admiscetur demum & pre-  
ces: atque ita virtute tam eximij sacrificij  
vera promittitur peccatorum remissio.

*Euchari-  
stie sacra-  
mentum  
non sumat  
nisi poeni-  
tentes.*

Quis iam nõ perspicit illas figurashuic  
veritati prorsus respõdere, ac vicissim ve-  
ritatem istam umbris & figuris illis? Ne-  
mo tamen ex hac cõparatione credat cui-  
quam ad hoc sacramentum accedere lice-  
re, quem non ante verè poenituerit. Nã si  
quum ad ipsa vetera sacrificia accedebat,  
confitebantur peccata sua domino, quem  
admodum Num. 5. iubentur: multo magis  
ad hoc sacrificium accessuri tenentur se-  
prius expurgare, & dignè præparare, quã  
ob hoc ipsum institutum sit absolutionis  
sacramentum. Nõ est ergo quod quisquã  
ad eucharistiam accedere præsumat cum  
peccati mortalis conscientia. Nam eius-  
modi peccata per sacramentum absolutio-

nis expurgari pridem oportuit. Veruntamen hic delentur peccatorum reliquie, simul & peccata quorum inter confitendum non est habita memoria. Neque sacramentum istud, vt sæpe diximus, est signum remissionis peccatorum, sed vnionis est sacramentum, & incorporationis Christo, nõ remissionis peccatorũ. Aliud est enim præstare peccatorũ remissionem, & sacramentum esse talis remissionis.

Quædam quæ Lutherus falso impingit illustrissimo Regi, diluuntur.

Cap. I X.

**I**am satis abunde cõfectum I. est, opinor, Missam nõ esse promissionem solam, neque totam ipsius Missæ virtutem in promissione remissionis peccatorum consistere. Quamobrem & à veritate longe alienum est quod Lutherus cõminatur, nempe quòd nisi Missam obtinuerimus esse promissionem seu testamētum (vt ipse falso iactitat verba clarè sonare) totum Euangeliũ & vniuersum solatiũ amittimus. Nam & in-